Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26278
Copyright: Admont, Benediktinerstift





Patres nri in egypto non intellexerunt mira
bilia tua. non sunt recordati multitudinis
miserationum tuarum. Et ad iracundiam peuocauerunt
super mare in mari rubro. saluauit autem eos propter nomen suum. ut ostenderet for
titudinem suam. Et comminatus est mari ru
bro & aruit. & transduxit eos per abyssos
quasi in deserto. Et saluauit eos de
manu odientium. & redemit eos de ma
nu inimici. Et operuit aqua hostes eorum.
unus de ipsis non remansit. Et crediderunt
uerbis eius. cecinerunt que laudes eius. Cito
obliti sunt operum illius. nec expectauerunt
uoluntatem illius. Et desiderauerunt de
siderium in deserto. & tentauerunt dm
in solitudine. Dedit eis petitionem
ipsorum. & misit tenuitatem in anima eorum.
Et zelati sunt moysen in castris. aaron
sem dni. Apta e terra & deuorauit
dathan. & operuit synagogam abiron.
Et succensus e ignis in synagoga eorum.